

© International Baccalaureate Organization 2023

All rights reserved. No part of this product may be reproduced in any form or by any electronic or mechanical means, including information storage and retrieval systems, without the prior written permission from the IB. Additionally, the license tied with this product prohibits use of any selected files or extracts from this product. Use by third parties, including but not limited to publishers, private teachers, tutoring or study services, preparatory schools, vendors operating curriculum mapping services or teacher resource digital platforms and app developers, whether fee-covered or not, is prohibited and is a criminal offense.

More information on how to request written permission in the form of a license can be obtained from <https://ibo.org/become-an-ib-school/ib-publishing/licensing/applying-for-a-license/>.

© Organisation du Baccalauréat International 2023

Tous droits réservés. Aucune partie de ce produit ne peut être reproduite sous quelque forme ni par quelque moyen que ce soit, électronique ou mécanique, y compris des systèmes de stockage et de récupération d'informations, sans l'autorisation écrite préalable de l'IB. De plus, la licence associée à ce produit interdit toute utilisation de tout fichier ou extrait sélectionné dans ce produit. L'utilisation par des tiers, y compris, sans toutefois s'y limiter, des éditeurs, des professeurs particuliers, des services de tutorat ou d'aide aux études, des établissements de préparation à l'enseignement supérieur, des fournisseurs de services de planification des programmes d'études, des gestionnaires de plateformes pédagogiques en ligne, et des développeurs d'applications, moyennant paiement ou non, est interdite et constitue une infraction pénale.

Pour plus d'informations sur la procédure à suivre pour obtenir une autorisation écrite sous la forme d'une licence, rendez-vous à l'adresse <https://ibo.org/become-an-ib-school/ib-publishing/licensing/applying-for-a-license/>.

© Organización del Bachillerato Internacional, 2023

Todos los derechos reservados. No se podrá reproducir ninguna parte de este producto de ninguna forma ni por ningún medio electrónico o mecánico, incluidos los sistemas de almacenamiento y recuperación de información, sin la previa autorización por escrito del IB. Además, la licencia vinculada a este producto prohíbe el uso de todo archivo o fragmento seleccionado de este producto. El uso por parte de terceros —lo que incluye, a título enunciativo, editoriales, profesores particulares, servicios de apoyo académico o ayuda para el estudio, colegios preparatorios, desarrolladores de aplicaciones y entidades que presten servicios de planificación curricular u ofrezcan recursos para docentes mediante plataformas digitales—, ya sea incluido en tasas o no, está prohibido y constituye un delito.

En este enlace encontrará más información sobre cómo solicitar una autorización por escrito en forma de licencia: <https://ibo.org/become-an-ib-school/ib-publishing/licensing/applying-for-a-license/>.

Latín

Nivel Superior

Prueba 2

10 de mayo de 2023

Zona A mañana | **Zona B** tarde | **Zona C** mañana

2 horas

Instrucciones para los alumnos

- No abra esta prueba de examen hasta que se lo autoricen.
- Sección A: Responda a todas las preguntas sobre cuatro fragmentos tomados de dos opciones estudiadas. Cada fragmento vale **[10 puntos]**.
- Sección B: Desarrolle una respuesta escrita basada en un estímulo **[12 puntos]**.
- La puntuación máxima para esta prueba de examen es **[52 puntos]**.

Sección A

Responda a **todas** las preguntas sobre **cuatro** fragmentos tomados de **dos** opciones estudiadas.

Opción A — Virgilio

Fragmento 1 Virgilio, *Églogas* 6.64–86

tum canit, errantem Permessi ad flumina Gallum
 65 Aonas in montis ut duxerit una sororum,
 utque viro Phoebi chorus adsurrexerit omnis;
 ut Linus haec illi, divino carmine pastor,
 floribus atque apio crinis ornatus amaro,
 dixerit: “hos tibi dant calamos, en accipe, Musae,
 70 Ascraeo quos ante seni, quibus ille solebat
 cantando rigidas deducere montibus ornos:
 his tibi Grynei nemoris dicatur origo,
 ne quis sit lucus, quo se plus iactet Apollo.”
 quid loquar aut Scyllam Nisi, quam fama secuta est
 75 candida succinctam latrantibus inguina monstros
 Dulichias vexasse rates, et gurgite in alto,
 ah, timidos nautas canibus lacerasse marinis,
 aut ut mutatos Terei narraverit artus;
 quas illi Philomela dapes, quae dona pararit,
 80 quo cursu deserta petiverit, et quibus ante
 infelix sua tecta supervolitaverit alis?
 omnia, quae Phoebus quondam meditante, beatus
 audiit Eurotas, iussitque ediscere laurus,
 ille canit: pulsae referunt ad sidera valles;
 85 cogere donec ovis stabulis numerumque referri
 iussit, et invito processit Vesper Olympo.

1. (a) Traduzca *tum canit ... adsurrexerit omnis* (versos 64–66). [3]
- (b) *Ascraeo ... seni* (verso 70). Explique a quién hace referencia el verso y aporte **dos** detalles. [2]
- (c) Copie y mida *aut ut mutatos ... dona pararit* (versos 78–79). Indique las elisiones donde sea necesario. [2]
- (d) Resuma las hazañas de Filomela. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [3]

Opción A — Virgilio

Fragmento 2 Virgilio, *Eneida* 12.623–649

atque huic, in faciem soror ut conversa Metisci
 aurigae currumque et equos et lora regebat,
 625 talibus occurrit dictis: “hac, Turne, sequamur
 Troiugenas, qua prima viam victoria pandit;
 sunt alii, qui tecta manu defendere possint.
 ingruit Aeneas Italis et proelia miscet:
 et nos saeva manu mittamus funera Teucris.
 630 nec numero inferior pugnae nec honore recedes.”
 Turnus ad haec:
 “o soror, et dudum adgnovi, cum prima per artem
 foedera turbasti teque haec in bella dedisti,
 et nunc nequiquam fallis dea. sed quis Olympo
 635 demissam tantos voluit te ferre labores?
 an fratris miseri letum ut crudele videres?
 nam quid ago? aut quae iam spondet Fortuna salutem?
 vidi oculos ante ipse meos me voce vocantem
 Murratum, quo non superat mihi carior alter,
 640 oppetere ingentem atque ingenti volnere victum.
 occidit infelix nostrum ne dedecus Ufens
 adspiceret; Teucris potiuntur corpore et armis.
 excindine domos (id rebus defuit unum)
 perpetiar, dextra nec Drancis dicta refellam?
 645 terga dabo et Turnum fugientem haec terra videbit?
 usque adeone mori miserum est? vos o mihi Manes
 este boni, quoniam superis aversa voluntas!
 sancta ad vos anima atque istius nescia culpae
 descendam, magnorum haud umquam indignus avorum.”

2. (a) Indique de qué acusa Turno a Yuturna. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [2]
- (b) Resuma el destino de Murrano. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [2]
- (c) Discuta cómo describe Virgilio, a través de su arte literario, el estado de ánimo de Turno en este fragmento. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [6]

Opción B — Historia

Fragmento 3 Tito Livio, *Ab Urbe Condita* 22.5.1–7

consul percussis omnibus ipse satis, ut in re trepida, impavidus turbatos ordines vertente se quoque ad dissonos clamores, instruit ut tempus locusque patitur, et quacumque adire audirique potest adhortatur ac stare ac pugnare iubet: nec enim inde votis aut imploratione deum, sed vi ac virtute evadendum esse; per medias acies ferro viam fieri, et quo timoris minus sit eo minus
 5 ferme periculi esse. ceterum prae strepitu ac tumultu nec consilium nec imperium accipi poterat, tantumque aberat ut sua signa atque ordines et locum noscerent ut vix ad arma capienda aptandaque pugnae competeret animus opprimerenturque quidam onerati magis iis quam tecti. et erat in tanta caligine maior usus aurium quam oculorum. ad gemitus volnerum ictusque corporum aut armorum et mixtos terrentium paventiumque clamores circumferebant ora oculosque. alii fugientes
 10 pugnantium globo inlati haerebant, alios redeuntes in pugnam avertibat fugientium agmen. deinde, ubi in omnes partes nequiquam impetus capti et ab lateribus montes ac lacus, a fronte et ab tergo hostium acies claudebant, apparuitque nullam nisi in dextera ferroque salutis spem esse, tum sibi quisque dux adhortatorque factus ad rem gerendam, et nova de integro exorta pugna est, non illa ordinata per principes hastatosque ac triarios, nec ut pro signis antesignani post signa alia pugnaret
 15 acies, nec ut in sua legione miles aut cohorte aut manipulo esset.

3. (a) Indique lo que hizo el cónsul en medio del caos. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [3]
- (b) Traduzca *nec enim ... periculi esse* (líneas 3–5). [3]
- (c) *deinde, ubi ... pugna est* (líneas 10–13). Resuma los resultados de esa situación desesperada. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [2]
- (d) Indique **dos** características de una batalla normal de las que careciera la *nova pugna*. **No** se requiere cita del texto en latín. [2]

Opción B — Historia

Fragmento 4 César, *Comentarios sobre la guerra de las Galias* 7.70–71

opere instituto fit equestre proelium in ea planitie, quam intermissam collibus tria milia passuum
 in longitudinem patere supra demonstravimus. summa vi ab utrisque contenditur. laborantibus
 nostris Caesar Germanos summittit legionesque pro castris constituit, ne qua subito irruptio
 ab hostium peditatu fiat. praesidio legionum addito nostris animus augetur: hostes in fugam
 5 coniecti se ipsi multitudine impediunt atque angustioribus portis relictis coacervantur. Germani
 acrius usque ad munitiones sequuntur. fit magna caedes: nonnulli relictis equis fossam transire et
 maceriam transcendere conantur. paulum legiones Caesar quas pro vallo constituerat promoveri
 iubet. non minus qui intra munitiones erant perturbantur Galli: veniri ad se confestim existimantes
 10 ad arma conclamant; nonnulli perterriti in oppidum irrumpunt. Vercingetorix iubet portas
 claudi, ne castra nudentur. multis interfectis, compluribus equis captis Germani sese recipiunt.
 Vercingetorix, priusquam munitiones ab Romanis perficiantur, consilium capit omnem ab se
 equitatum noctu dimittere. discedentibus mandat ut suam quisque eorum civitatem adeat omnesque
 qui per aetatem arma ferre possint ad bellum cogant. sua in illos merita proponit obtestaturque ut
 15 suae salutis rationem habeant neu se optime de communi libertate meritum in cruciatum hostibus
 dedant. quod si indiligentiores fuerint, milia hominum delecta octoginta una secum interitura
 demonstrat. ratione inita se exigue dierum triginta habere frumentum, sed paulo etiam longius
 tolerari posse parcendo.

4. (a) Describa la llanura. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [2]
- (b) *Vercingetorix, priusquam ... bellum cogant* (líneas 11–13). Resuma las órdenes que Vercingetórix dio a sus aliados cuando estos se iban. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [2]
- (c) Discuta cómo destaca César, a través de su arte literario, la situación desesperada de los galos en este fragmento. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [6]

Opción C — Poesía amorosa

Fragmento 5 Ovidio, *Amores* 1.3

iusta precor: quae me nuper praedata puella est,
 aut amet aut faciat, cur ego semper amem!
 a, nimium volui — tantum patiatur amari;
 audierit nostras tot Cytherea preces!
 5 accipe, per longos tibi qui deserviat annos;
 accipe, qui pura norit amare fide!
 si me non veterum commendant magna parentum
 nomina, si nostri sanguinis auctor eques,
 nec meus innumeris renovatur campus aratris,
 10 temperat et sumptus parcus uterque parens —
 at Phoebus comitesque novem vitisque repertor
 hac faciunt, et me qui tibi donat, Amor,
 et nulli cessura fides, sine crimine mores
 nudaque simplicitas purpureusque pudor.
 15 non mihi mille placent, non sum desultor amoris:
 tu mihi, siqua fides, cura perennis eris.
 tecum, quos dederint annos mihi fila sororum,
 vivere contingat teque dolente mori!
 te mihi materiem felicem in carmina praebe —
 20 provenient causa carmina digna sua.
 carmine nomen habent exterrita cornibus Io
 et quam fluminea lusit adulter ave,
 quaeque super pontum simulato vecta iuvenco
 virginea tenuit cornua vara manu.
 25 nos quoque per totum pariter cantabimur orbem,
 iunctaque semper erunt nomina nostra tuis.

5. (a) Traduzca *iusta precor ... patiatur amari* (versos 1–3). [3]
- (b) Enumere las **tres** cosas que el poeta indica que no lo hacen recomendable como amante. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [3]
- (c) Copie y mida *te mihi ... digna sua* (versos 19–20). [2]
- (d) Analice la comparación entre el poeta y las tres mujeres mitológicas. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [2]

Opción C — Poesía amorosa

Fragmento 6 Horacio, *Carmina* 3.26

vixi puellis nuper idoneus
et militavi non sine gloria;
nunc arma defunctumque bello
barbiton hic paries habebit,

5 laevum marinae qui Veneris latus
custodit. hic, hic ponite lucida
funalia et vectis et arcus
oppositis foribus minacis.

o quae beatam diva tenes Cyprum et
10 Memphin carentem Sithonia nive,
regina, sublimi flagello
tange Chloen semel arrogantem.

6. (a) Indique cómo caracteriza el poeta su carrera hasta hace muy poco. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [2]
- (b) Interprete lo que el poeta pide a la diosa. **No** se requiere cita del texto en latín. [2]
- (c) Discuta cómo expresa Horacio, a través de su arte literario, el cambio en sus sentimientos con respecto al amor en este fragmento. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [6]

Opción E — Crítica social

Fragmento 7 Horacio, *Carmina* 1.2 1–20

iam satis terris nivis atque dirae
grandinis misit pater et rubente
dextera sacras iaculatus arcis
terrui urbem,

5 terruit gentis, grave ne rediret
saeculum Pyrrhae nova monstra questae,
omne cum Proteus pecus egit altos
visere montis,

10 piscium et summa genus haesit ulmo,
nota quae sedes fuerat columbis,
et superiecto pavidae natarunt
aequore dammae.

15 vidimus flavum Tiberim retortis
litore Etrusco violenter undis
ire deiectum monumenta regis
templaque Vestae,

20 Iliae dum se nimium querenti
iactat ultorem, vagus et sinistra
labitur ripa Iove non probante u-
xorius amnis.

7. (a) Identifique los elementos del tiempo meteorológico que posee Júpiter. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [3]
- (b) Traduzca *terrui gentis ... visere montis* (versos 5–8). [3]
- (c) *piscium et ... templaque Vestae* (versos 9–16). Identifique **dos adynata** (imposibilidades) en estos versos. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [2]
- (d) *Iliae* (versos 17). Identifique esta referencia y aporte **dos** detalles. [2]

Opción E — Crítica social

Fragmento 8 Marcial, *Epigramas* 10.20

nec doctum satis et parum severum,
 sed non rusticulum tamen libellum
 facundo mea Plinio Thalia
 i perfer: brevis est labor peractae
 5 altum vincere tramitem Suburae.
 illic Orphea protinus videbis
 udi vertice lubricum theatri
 mirantisque feras avemque regis,
 raptum quae Phryga pertulit Tonanti;
 10 illic parva tui domus Pedonis
 caelata est aquilae minore pinna.
 sed ne tempore non tuo disertam
 pulses ebria ianuam, videto:
 totos dat tetricae dies Minervae,
 15 dum centum studet auribus virorum
 hoc quod saecula posterique possint
 Arpinis quoque conparare chartis.
 seras tutior ibis ad lucernas:
 haec hora est tua, cum furit Lyaeus,
 20 cum regnat rosa, cum madent capilli:
 tunc me vel rigidi legant Catones.

8. (a) Describa el *lacus Orphei*. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [2]
- (b) Identifique cuándo debe llegar Talía a la casa de Plinio y cuándo no debe llegar, según el poeta. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [2]
- (c) Discuta cómo construye Marcial, a través de su arte literario, su relación con Plinio en este fragmento. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [6]

Opción G — Villanos

Fragmento 9 Salustio, *Bellum Catilinae* 8–9

sed profecto fortuna in omni re dominatur; ea res cunctas ex lubidine magis quam ex vero celebrat
 obscuratque. Atheniensium res gestae, sicuti ego aestumo, satis amplae magnificaeque fuere, verum
 aliquanto minores tamen, quam fama feruntur. sed quia provenere ibi scriptorum magna ingenia,
 per terrarum orbem Atheniensium facta pro maxumis celebrantur. ita eorum, qui fecere, virtus tanta
 5 habetur, quantum eam verbis potuere extollere praeclara ingenia. at populo Romano numquam ea
 copia fuit, quia prudentissimus quisque maxume negotiosus erat: ingenium nemo sine corpore
 exercebat, optumus quisque facere quam dicere, sua ab aliis bene facta laudari quam ipse aliorum
 narrare malebat. igitur domi militiaeque boni mores colebantur; concordia maxuma, minuma
 10 avaritia erat; ius bonumque apud eos non legibus magis quam natura valebat. iurgia, discordias,
 similtates cum hostibus exercebant, cives cum civibus de virtute certabant. in suppliciis deorum
 magnifici, domi parci, in amicos fideles erant. duabus his artibus, audacia in bello, ubi pax evenerat,
 aequitate, seque remque publicam curabant. quarum rerum ego maxuma documenta haec habeo,
 quod in bello saepius vindicatum est in eos, qui contra imperium in hostem pugnaverant quique
 15 tardius revocati proelio excesserant, quam qui signa relinquere aut pulsi loco cedere ausi erant; in
 pace vero, quod beneficiis magis quam metu imperium agitabant et accepta iniuria ignoscere quam
 persequi malebant.

9. (a) Resuma cómo caracteriza Salustio a la *fortuna*. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [3]
- (b) Traduzca *ita eorum ... negotiosus erat* (líneas 4–6). [3]
- (c) Indique las **dos** virtudes que, según Salustio, ayudaron a los romanos a mantenerse a sí mismos y al Estado. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [2]
- (d) Resuma a qué soldados castigaban los romanos. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [2]

Opción G — Villanos

Fragmento 10 Tito Livio, *Ab Urbe Condita* 3.45.4–11

adversus iniuriam decreti cum multi magis fremerent quam quisquam unus recusare auderet, P. Numitorius, puellae avus, et sponsus Icilius interveniunt; dataque inter turbam via, cum multitudo Icili maxime interventu resisti posse Appio crederet, lictor decresse ait vociferantemque Icilium submovet. placidum quoque ingenium tam atrox iniuria accendisset. “ferro hinc tibi submovendus sum, Appi” inquit, “ut tacitum feras quod celari vis. virginem ego hanc sum ducturus nuptamque pudicam habiturus. proinde omnes collegarum quoque lictores convoca; expediri virgas et secures iube; non manebit extra domum patris sponsa Icili. non, si tribunicium auxilium et provocationem plebi Romanae, duas arces libertatis tuendae, ademistis, ideo in liberos quoque nostros coniugesque regnum vestrae libidini datum est. saevite in tergum et in cervices nostras: pudicitia saltem in tuto sit. huic si vis adferetur, ego praesentium Quiritium pro sponsa, Verginius militum pro unica filia, omnes deorum hominumque implorabimus fidem, neque tu istud unquam decretum sine caede nostra referes. postulo, Appi, etiam atque etiam consideres quo progrediare. Verginius viderit de filia ubi venerit quid agat; hoc tantum sciat, sibi si huius vindiciis cesserit condicionem filiae quaerendam esse. me vindicantem sponsam in libertatem vita citius deseret quam fides.”

10. (a) *adversus iniuriam ... Icilius interveniunt* (líneas 1–2). Analice el contraste. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [2]
- (b) *ferro hinc ... sponsa Icili* (líneas 4–7). Indique qué va a tener que hacer Apio, según Icilio. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [2]
- (c) Discuta cómo logra Tito Livio, a través de su arte literario, que el discurso de Icilio resulte convincente en este fragmento. Apoye su respuesta citando el texto en latín. [6]

Sección B

¿En qué medida está de acuerdo con uno cualquiera de los siguientes estímulos? Su respuesta debe demostrar su comprensión de los autores prescritos, conocimiento de contextos más amplios y análisis crítico.

[12]

Opción A — Virgilio

11. En Virgilio hay poco digno de elogio más allá de la métrica y el lenguaje, porque carece de sentimientos profundos.

Opción B — Historia

12. “La historia es la larga lucha del hombre, mediante el ejercicio de la razón, por comprender su entorno y actuar sobre él” (Edward Hallet Carr).

Opción C — Poesía amorosa

13. En la poesía amorosa en latín, se invierten los roles de género tradicionales.

Opción E — Crítica social

14. “La sátira es el arma más eficaz contra el poder: el poder no soporta el humor, porque la risa libera al hombre de sus miedos” (Dario Fo).

Opción G — Villanos

15. Nadie es villano/a en su propio relato.
-

Advertencia:

Los contenidos usados en las evaluaciones del IB provienen de fuentes externas auténticas. Las opiniones expresadas en ellos pertenecen a sus autores y/o editores, y no reflejan necesariamente las del IB.

Referencias:

- Fragmento 1** Vergil, s.f. *Eclogues*. [en línea] Disponible en: <http://www.perseus.tufts.edu/hopper/text?doc=Verg.Ecl.6&fromdoc=Perseus%3Atext%3A1999.02.0056> [Consulta: 17 de mayo de 2023].
- Fragmento 2** Vergil, s.f. *Aeneid*. [en línea] Disponible en: <http://www.perseus.tufts.edu/hopper/text?doc=Perseus%3Atext%3A1999.02.0055%3Abook%3D12%3Acard%3D614> [Consulta: 17 de mayo de 2023].
- Fragmento 3** Livy, s.f. *Ab Urbe Condita*. [en línea] Disponible en: <http://www.perseus.tufts.edu/hopper/text?doc=Perseus%3Atext%3A1999.02.0161%3Abook%3D22%3Achapter%3D5%3Asection%3D1> [Consulta: 23 de febrero de 2022].
- Fragmento 4** Caesar, s.f. *De Bello Gallico*. [en línea] Disponible en: <http://www.perseus.tufts.edu/hopper/text?doc=Perseus%3Atext%3A1999.02.0002%3Abook%3D7%3Achapter%3D70%3Asection%3D1> [Consulta: 17 de mayo de 2023].
- Fragmento 5** Ovid, s.f. *Amores*. [en línea] Disponible en: <http://www.perseus.tufts.edu/hopper/text?doc=Perseus%3Atext%3A1999.02.0068%3Atext%3DAm.%3Abook%3D1%3Apoem%3D3> [Consulta: 17 de mayo de 2023].
- Fragmento 6** Horace, s.f. *Carmina*. [en línea] Disponible en: <http://www.perseus.tufts.edu/hopper/text?doc=Perseus%3Atext%3A1999.02.0024%3Abook%3D3%3Apoem%3D26> [Consulta: 17 de mayo de 2023].
- Fragmento 7** Horace, s.f. *Carmina*. [en línea] Disponible en: <http://www.perseus.tufts.edu/hopper/text?doc=Perseus%3Atext%3A1999.02.0024%3Abook%3D1%3Apoem%3D2> [Consulta: 17 de mayo de 2023].
- Fragmento 8** Martial, s.f. *Epigrams*. [en línea] Disponible en: <http://www.perseus.tufts.edu/hopper/text?doc=Perseus%3Atext%3A2008.01.0506%3Abook%3D10%3Apoem%3D20> [Consulta: 17 de mayo de 2023].
- Fragmento 9** Sallust, s.f. *Bellum Catilinae*. [en línea] Disponible en: <http://www.perseus.tufts.edu/hopper/text?doc=Perseus%3Atext%3A2008.01.0002%3Atext%3DCat.%3Achapter%3D8> y <http://www.perseus.tufts.edu/hopper/text?doc=Perseus%3Atext%3A2008.01.0002%3Atext%3DCat.%3Achapter%3D9> [Consulta: 17 de mayo de 2023].
- Fragmento 10** Livy, s.f. *Ab Urbe Condita*. [en línea] Disponible en: <http://www.perseus.tufts.edu/hopper/text?doc=Perseus%3Atext%3A1999.02.0169%3Abook%3D3%3Achapter%3D45%3Asection%3D4> [Consulta: 23 de febrero de 2022].

Los demás textos, gráficos e ilustraciones: © Organización del Bachillerato Internacional, 2023